

פָּאַלְהִים
THESES
PHILOLOGICO MORALES,

Quas,
Pro consequendis honoribus Academieis,

De

גְּזֵרָה

Suffragio Amplissime ad Auram
facultatis Philosophicæ,

MODERATORE & PRÆSIDE
VIRO

ADM. REVER. ~~et~~ AMPLISSIMO

**MAG. DANIELE
JUSLENIO.**

SACR. L. L. PROF. ORDIN.

Ad publicum exame modeste defecit

ISAACUS ROTHOVIVS AR. F.

Die D. V. x. Junij, 1726.

Loco horisq; solitis.

Aboe, Impr. E. Flodström R. A. typ.

תְּמִימָנָה תְּמִימָנָה תְּמִימָנָה
תְּמִימָנָה תְּמִימָנָה תְּמִימָנָה
תְּמִימָנָה תְּמִימָנָה

Theſ. I.

Vox Hebræa וְנִזְמָן

quæ Redemtorem, Vindi-
cem Propinquum & Cognatum, qui
jus vindicarum habet, signi-
ficit, est Participium Benoni
ordinarium in Kal, a radice
לְנָא, cuius propriissima signifi-
catio est redimere dato pretio æqvi-
valente, itē afferere aliquid & vin-
dicare, vel a justo vel ab inju-
sto posseſſore, idq; jure propin-
quitatis; ut & liberare aliquem
ex alterius potestate, ex mi-
seria in libertatem statumq; bea-
tiorem allucere, instar vindicis.

Infestq; ea vox, emphatica
sua significatio[n]e, quoad prin-
cipium, tum jus & potestate[m],
quam ad vindicias propinquus
habet; tum vires & facultatem,
qua adserere ac vindicare po-
test propinquum velejus bona;
quoad a[ctu]m vero, requirit a[ctu]m
seu pretium solutionis, quod in-
tervenire oportet in ejusmodi
redemptione.

Extendit se vox haec, ad si-
gnificandum non solum red-
emptionem hominis propinqui,
qui vel paupertate pressus se
in servitutem vendidit, sive a-
lia aliqua ratione, utpote jure
belli captus, servitutem subire
coactus est; sed etiam possessio[n]is
qua ab ordinariis hereditibus ad
alios

alios erant siue, aut vi aut mercede interposita.

IV.

Improprie quando usurpatur **לְנָגֵד**, significat quamvis libertatem simplicem absq; interveniente vero pretio: ecce pater ex collatione dictorum Exod. xv. 13. Ps. lxxiv. 2. Exod. vi. 6. Ps. lxix. 19. Ps. cxi. 10. Mich. iv. 10. sed impropria est haec acceptio.

V.

In Hebreza lingua, quæ licet synonyma raro aut nunquam agnoscat, æquivalens tamen huic voci est **פֶּרֶת**, quod eandem vim & significationem habet cum antecedente **לְנָגֵד**: licet illud eo usq; se non extendat, ut rationem consanguinitatis importet.

VI.

Requisita γε λαντα seu redem-
toris proprie sic dicti, Pineda
Com. in Job. xxx. 25. citante
Quenst. Syst. Th. Part. III. Cap.
sec. II. p. m. 456. accuratissime
quinqu; recenset. scil. (1) Propin-
quus esto. (2) Consanguinitatis
jure redimito. (3) in iusto posse-
sori praedam eripito. (4) Huic
nullum pretium persolvito. (5)
Sanguinem seu λύπον vero Do-
mino offerto. Sed haec Pineda
magis Theologice, respiciens
Redemptorem humani generis,
qui sanguinem in lycrum obtu-
lit, cum pro peccatoribus pat-
retur.

VII.

Possunt vero, & personæ &
res, alicujus esse, (a) Effectione:
quomodo per creationem o-
mnia Dei sunt; hominis, ex ae-
ci-

eidentales formæ, quas acquisitæ substantiæ induxerat. (β) Occupazione, sive originaria, ejus, quod nondum in cujusquam cesserat potestatem; sive derelicti, quod prior Dominus, a quocunq; sibi acquirendum, sponte vel invitus, omiserat. (γ) Successione hereditaria: qua relata, Parentum vel cognatorum morte, ad sanguine proximum devoluuntur. (δ) Donatione: quo etiam legata referri poterunt. (ε) Emtione: qua, quod alterius erat, persoluto pretio fit meum. (ζ) Usucapione: cum commodatum vel depositum non repetitur, adeoq; tandem in possessoris dominium cedit. (ξ) Bello. sic quod aperta hostilitate alteri eripitur, in statu naturali considerato, transit in dominium eripientis.

Circa omnes istos modos ver-
sari jus Goëlis ad redimendum,
interposito pretio, personas vel
res, quæ quo cunq; horum mo-
dorum fuerant cognati, dubia-
um non est. Sed de transcen-
tium per hos modos rerum vel
personarum, per Goëlem re-
demtione, tenendum: quoad (α)
si cognati substantiæ, aliis no-
vam speciem induxerit, redi-
met Goël. (β) perdita Goël re-
cuperare potest. circa (γ) Goël
nullus est. (δ) ab absoluto Do-
mino donatum non videtur
posse redimi; reliqua vero pos-
se patet, quia in potestate do-
nantis, qua omnes circumstan-
tias, plene non fuerant. Quæ
modis tribus postremis a co-
gnato migraverant, quod Goël
re-

redimere queat, extra controveriam ponimus.

IX.

Hæc quomodo ad Redemptorem Humani Generis applicentur, Theologis relinquimus; interim de facta illa redēctione nobis in sinu animæ intimo gratulantes, & grates dicentes Goëli nostro benignissimo, qui dedit semet ipsum preium redēctionis pro omnibus, canimus:

הָלְלֵי וּ— זֹא לְנוּ

